



# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE SALAMANCA

---

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, a la Dirección del BOLETÍN ECLESIAÍSTICO, calle de la Rua, 59.

---

### *Sacra Congregatio Concilii*

Beatissime Pater,

Ordinarius Salmantinus in Hispania attentis peculiaribus suae dioecesis adiunctis, a Sanctitate Vestra humiliter postulat facultatem permittendi sacerdotibus Missam die festo iterantibus ut applicare valeant secundam Missam iuxta mentem ipsius Ordinarii, ad effectum erogandi eleemosynam favore Seminarii.

Sacra Congregatio Concilii, auctoritate SSmi. D. N. Benedicti Pp. XV, attentis expositis petitam facultatem Ordinario oratori benigne impertita est ad quinquennium.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Concilii, die 24 Julii 1920.

D. CARD. IBARRETTI, Praefectus.

I. MORI, Secretarius.

---

## OBISPADO DE SALAMANCA

15 de Septiembre de 1920.

En virtud de las facultades apostólicas del Rescripto anterior, hemos tenido a bien disponer y disponemos con esta fecha que todos los sacerdotes de la dió-

cesis que binan en los días de precepto, apliquen la segunda misa "iuxta mentem nostram," a fin de destinar la limosna en beneficio del Seminario; y mandamos que dentro del mes de Mayo de cada año comuniquen a nuestra Secretaría de Cámara el número de misas celebradas con este fin.

✠ JULIANUS, Episcopus Salmantinus.

## TOLETANA ET ALIARUM

SERVITII CHORALIS

Die 10 iulii 1920

*Species facti.*—In Hispania vetus consuetudo, plus quam centenaria, retinet tamquam residentes ad effectus lucrandi praebendae fructus, eos omnes beneficiarios chorales, qui una etiam tantum hora canonica quovis die choro assistant. Hinc est, ut hi omnes, quae die uni etiam tantum choralis horae intersunt, lucentur fructus praebendae diei respondententes et distributiones respondententes horae praesentiae, amittentes itaque solas distributiones respondententes horis absentiae.

Promulgato nuper Codice, plura dubia exorta sunt circa valorem praefatae consuetudinis et circa consecratoria, quae ex varia resolutione huius quaestionis sunt deducenda. Dubia haec ad S. Sedem deferre merito voluerunt Emus. Archiepiscopus Toletanus et Episcopus Legionensis, tum ut authentica haberetur decisio, cui omnes varie sentientes stare deberent, tum ut quaestiones huiusmodi, nimio forsitan ardore exagitatae, quiescerent tandem et non eo usque devenirent ut pax et concordia in clero servanda detrimentum aliquod pateretur.

Plura ad rem in utriusque Antistitis litteris exponuntur, quae tamen omnia pendunt ex praeiudiciali quaestione de valore enunciatae memorialis consuetudinis. Super his itaque exquisitum est votum Consultoris, qui rem universam breviter et dilucide confecit. Praestat igitur idem votum ex integro subnectere.

*Votum Consultoris.*—I. De existentia istius consuetudinis et de eius antiquitate non est ambigendum. Non solum enim eam nobis testatur Emus. Archiepiscopus Toletanus, sed de ea iam loquuntur tamquam

de consuetudine ab antiquo tempore vigente antiquiores canonistae, ut Reiffenstuel († 1703), Garcia († post ann. 3613) et alii.

Antiquiores hi Doctores eam validam habuerunt. Sufficiat testem adducere Reiffenstuel, qui (in l. III, tit. 4, n. 112) scribit: "Addit Theodosius Rubeus (*Disceptationes forenses Stephani Gratiani*, c. 298), quem refert Barbosa (*De off. et pot. Episc.*, p. III, all. 53, n. 133), quod canonici non possint iuari aliqua consuetudine, quin teneantur omnibus septem horis inservire. Verum Garcia (*De benef.*, p. III, c. 2, n. 330), asserit istud non servari, nec esse receptum in Hispania, in cuius ecclesiis communiter lucrifit grossa seu praebenda residendo una hora: quae consuetudo videtur valere (Caesar de Grassis, decis. 116, n. 8), et potest sustineri (inquit Garcia, cit. num. 330), saltem dum per superiorem aut per Capitulum non sit aliud ordinatum."—Et hoc, ut bene advertit hic Reiffenstuel, a Garcia adscribitur facto, quod in Hispania Conc. Tridentinum in hoc puncto non fuerit receptum. Garcia enim admittit omnino doctrinam communem in hypothesis non existentis consuetudinis, secundum quam ad computandos dies residentiae requiritur ut beneficiarius intersit integro officio diei et omnibus horis canonicis. Imo affirmat hoc idem constare ex Concilio Tridentino et ex pluribus declarationibus S. Congr. Concilii quas allegat, sine mentione tamen mensis et anni. Ex allegatis autem his responsionibus una est, in qua dicitur: "Interessentia, de qua in hoc decreto, debet esse in omnibus diebus et horis officiis divinis interesse et inservire, praeterquam in tribus mensibus singulorum annorum, nisi Ecclesiae constitutiones longius servitii tempus requirant," (loc. cit., n. 325). Addit autem (loc. cit., n. 329): "Quin imo amplius voluit S. Congregatio non valere statutum seu consuetudinem, ut praebenda vel grossa lucrifiat interessendo una vel duabus horis aut minori tempore novem mensium, ut in declarationibus sequentibus: Non valet statutum, ut una hora vel duabus interessentes lucrentur massam grossam sive praebendam, amissis distributionibus quotidianis."

Quanti autem facienda sit ratio a Garcia hic adducta ad cohonestandam praxim hispanicam, Concilium scilicet Tridentinum quod ad hoc punctum non fuisse

ea in regione receptum, non iuvat hic multis disputare. Unicum enim habere videtur sensum probabilem, aut melius non illico improbandum, eam scilicet valere vi contrariae consuetudinis. Verum advertendum est, "consuetudinem abessendi a choro utpote adversam choralis disciplinae, nullius roboris esse saepe saepius censuisse S. Congregationem," ut asserit Pallottini (*Collectio* v. Canonici, § 9, n. 201). Quare videtur optimo iure potuisse scribere de Herdt (*Praxis capitularis*, c. 28, § 8, III): "Quapropter qui quolibet die alicui horae culpate non intererit, reputabitur absens ea ipsa die quoad multam fructuum suae praebendae, quamvis lucretur distributiones pro ceteris horis quibus praesens erit."

Relinquendo autem nunc antiquam disciplinam, et considerationem nostram ad praescripta Codicis convertendo, videndum breviter est, quid secundum ea de praxi hispanica sit sentiendum.

Porro habemus canonem 414 praescribentem omnes chorales beneficiarios debere divina officia, quae comprehendunt psalmodiam horarum canonicarum (omnium profecto) et celebrationem cum cantu Missae conventualis (c. 413), in choro persolvere singulis diebus: "Omnes et singuli qui chorale beneficium obtinent, tenentur in ipso choro divina officia persolvere singulis diebus, nisi servitium per turnum a Sede Apostolica aut foundationis legibus fuerit indultum."

Habemus praeterea canonem 1475, § 1, in memoriam revocantem et positiva lege confirmantem praecipuum, lege ipsa naturali vicens, debere beneficiarium onera beneficio annexa, ad quae explenda fruitur iuribus beneficialibus et praebenda, fideliter adimplere: "Beneficiarius tenetur peculiaria onera beneficio annexa fideliter adimplere et praeterea canonicas horas quotidie recitare."

Certum pariter est beneficiarios ad residentiam obligatos attento antiquo iure, non censi residentes, nisi officia beneficio annexa persolverint, quum ab ipsis non materialis quaelibet residentia, sed formalis requiratur. Antiquum hoc ius nedom a Codice immutatum fuerit, dicendum est confirmatum, si attendamus ad praescripta canonis 6, nn. 2-4.

Ex his omnibus facile deducitur et evidenter beneficiarios chorales, qui hispanicam praxim sequuntur,

ad mentem iuris, etiam Codicis, non esse habendos veluti residentes; eos proinde, attento iure communi, incurrere poenas non residentium, quae a Codice feruntur in can. 2381.

Excusari autem ab his sequelis unice possunt ratione consuetudinis. Quare tota quaestio ad valorem istius consuetudinis restringitur. Praescindamus a quaestione num consuetudo haec ad normam antiqui iuris legitima dicenda esset; supervacaneum enim esset hoc quaerere. Certe si illegitima esset habenda, ne suspicari quidem potest eam a Codice robur obtinuisse.

Supponamus igitur praxim istam usque ad Codicem fuisse legitimam, et inquiramus, an, Codice promulgato, in sua legitimitate et vi manere dicenda sit. De consuetudinibus canonibus contrariis, quae ante Codicem vigeant, agit canon 5, qui eas in duplicem classem dispertitur: in eas scilicet, quae a Codice *reprobantur*, et in eas, quae non reprobantur. Hae, si centenariae sint vel immemorales, possunt ab Ordinario tolerari, quando is existimet non posse eas facile submoveri; illae corrigendae sunt, licet immemorales.

Consuetudo, de qua hic agitur, pertinetne ad primam vel ad alteram classem? Et puto dicendum pertinere ad primam seu ad consuetudines *reprobatas*. Habemus enim canonem 418, qui statuit: "*Reprobata contraria consuetudine*, canonici ac beneficiarii quotidiano choro adstricti, possunt singuli abesse tres tantum menses in anno, sive continuos, sive interpolatos, dummodo propriae ecclesiae statuta aut legitima consuetudo servitium diuturnius non requirant." Porro, ut ex dictis patet, ad legitimam residentiam seu praesentiam non sufficit, ut quis uni vel alteri horae intersit, sed necesse est ut integre choro inserviat, id est ut divina officia, omnia scilicet, in choro persolvat ad normam canonis 414. Consuetudo autem, de qua quaeritur, permittit ut habeantur residentes ii quoque, qui hoc non praestant et consequenter ad normam iuris non sunt tales; et proinde permittit ut de facto canonici et beneficiarii absint (in sensu iuris) ultra tres menses. Huiusmodi autem consuetudo in Codice *reprobatur*. Est igitur adnumeranda iis, quae, ut loquitur canon 5, tanquam *iuris corruptelae* corrigendae sunt. Hinc post Codicem sequentes antiquam praxim habendi sunt tanquam non residentes, et incurrunt poenas, de quibus in can. 2381.

Quare ad principalem quaestionem ab Emo Archiepisc. Toletano et ab Episcopo Legionensi propositam respondendum censeo *Negative*, idest eam consuetudinem non posse amplius servari.

II. Ex huius principalis quaestionis solutione prona fit via ad solvendas alias, quae sunt veluti accesoriae et consequentiales, ac summatim ita expediri possunt.

Quaeritur *in primis* utrum poenae canonis 2381 teneant etiam eum, qui residentiam non fovit ex causa non graviter culpabili et proinde materialiter potius quam formaliter deliquit.—Responsio facilis est. Vel causa absentiae (quin recolam Pontificium indultum) admittitur a iure tamquam excusans a servitio chori (cfr. cc. 420 et 421), et tunc nulla difficultas; lex ipsa decernit quid absens huiusmodi lucretur, quid amittat in casu. Vel a iure non admittitur; tunc habebitur externa legis violatio. “Posita autem externa legis violatione, dolus in foro externo praesumitur, donec contrarium probetur,” (c. 2200, § 2); si autem dolus praesumitur, quum dolus sit deliberata voluntas violandi legem (c. 2200, § 1), praesumitur delictum. Erit igitur talis absens poenis obnoxius, quousque non *probat* defectum seu absentiam deliberatae voluntatis violandi legem.

*Aliud* dubium est, num illegitime absens retinere possit fructus respondentes privatae recitationi officii divini aliisque oneribus. Dubium videtur fundari in sententia quorundam (D' Annibale, *Sum.*, III, 180), secundum quam “canonici quoad fructus, *beneficiatorum*, quoad distributiones quotidianas, *choralium* „iure censentur,„ Ex quo cosequens est ut, quemadmodum de beneficiatis dicitur (cfr. Lehmkuhl, *Theol. mor.*, ed. X, II, 640), eos, quando praeter recitationem officii alia onera beneficio annexa sunt, partem tantum fructuum beneficii propter neglectam recitationem amittere, idem de choralibus dicendum sit. Verum etiam admissio, in praesenti quoque disciplina Codicis idem dicendum esse, quod non est extra dubium (cfr. c. 1475, § 2): advertendum est, hic agi de poena a lege statuta. Porro “leges ecclesiasticae (etiam poenales) „intelligendae sunt secundum propriam verborum significationem in textu et contextu consideratam,„ (c. 18). Iam age poena canonis 2381 clarissimis verbis enunciatur. “Eo ipso, dicit canon (illegitime absens) „privatur *omnibus* fructibus sui beneficii vel officii

„pro rata illegitimae absentiae“. Si igitur lex dicit illegitime absentem privari *omnibus* fructibus pro rata absentiae, nulli sunt fructus excipiendi. Nec mirum debet esse talem absentem privari omnibus fructibus, etsi recitationi divini officij privatim satisfecerit. Agitur enim hic de poena. Poena autem „est privatio alicuius boni ad delinquentis correctionem et delicti punitionem a legitima auctoritate inflictæ“ (c. 2215); privatio vero dicit ablationem seu ademptionem alicuius rei, quam quis habet. Nemo enim privatur aut privari potest re, qua caret. Hinc est quod illegitime absens, recitando privatim horas canonicas, beneficii fructus suos fecit; iis autem privatur in poenam. Si contra, horas non recitasset, fructus suos non fecit; (c. 1475, § 2), quibus proinde privari non posset, sed eos non ratione poenae, verum ratione iustitiae commutativae restituere deberet, secundum modum a lege praescriptum.

Quare ad hoc dubium respondendum censeo: *Negative*.

*Tertium* dubium est utrum illegitime absens, antequam beneficio privetur, retinere sibi possit portionem quamdam ab Ordinario designandam et ad eius sustentationem necessariam. Porro illegitime absens privatur quidem omnibus fructibus, sed pro rata absentiae. Cesset igitur ab illegitima absentia et lucrabitur fructus; si ab ea non cessat et in sua contumacia persistit, non video cur ei succurrendum sit concessione alicuius partis ex fructibus. Si vero Ordinarius perveniat usque ad privationem beneficii, tunc memoria retinenda est communis canonistarum doctrina, quam Wernz (*Ius eccl.*, VI. 117) desumptam ex Stremmer (*Traité des peines ecclésiastiques*, pag. 33) sic exponit: „Quum *paupertas cogat ad turpia*, iudex ecclesiasticus, qui clericum suo beneficio privavit, curare debet, ut clerico isti sufficiens quaedam alimentatio subministretur, v. gr. in domo correctionis vel demeritorum; secus enim privatio beneficii aequipararetur poenae capitali per inedia infligendae. Quae poena capitalis a foro ecclesiastico omnino aliena est. Ceteroquin ne ista quidem alimentatio concedenda est contumacibus, quamdiu illi in sua contumacia perseverant“. Quae omnia concordant cum doctrina Codicis in can. 2299, § 3; 2303, § 2; 2304, § 2.

Quare ad dubium respondendum videtur: *Negative.*

*Quartum* dubium est: Utrum absentiae tempus sit per dies supputandum, non per horas canonicas; et quot dies illegitimae absentiae requirantur ut quis irrediens censeatur ac contra eum procedi possit ad norman can. 2168 2175.

Quod ad primam partem dubium iam resolutum fuit ab hac S. Congregatione in *Aquilana*, 17 iun. 1594, in qua censuit: "Ad constituendum servitium novem „mensium non esse colligendas punctaturas, quasi ii, „qui novem punctaturarum ex duodecim, quae ex ser- „vicio totius anni conflantur, deserviendo tulerint, ser- „vicio novem mensium debito satisfecerint; sed ipsos „dies residentiae et servitii, sive continui fuerint sive „interpolati, numerandos esse, ut numerum compleant „dictorum novem mensium„ (cfr. Ben. XIV, *Inst.* 107, n. 32).

Porro nulla videtur ratio cur ab hac responsione, quae statuit praxim ordinariam S. Congregationis, sit recedendum in casu. Nam, quamvis perraro S. Congr. concessit (in *Mexicana*, 18 martii 1854) ut vacationis tempus a choro non per dies sed per horas canonicas supputaretur, quin tamen vacatio ultra tres menses protrahi valeret, non obstante contraria quavis consuetudine (cf. Pallottini, *Collectio*, v. Canonici, § 9, n. 200); id factum semper fuit in raris illis casibus ob peculiare rationes, praesertim ob penuriam cleri, quae in Hispania non verificantur.

Quod ad alteram partem attinet, evidens est nihil aliud requiri nisi absentia illegitime protracta ultra tres menses; quo in casu statim procedi potest, servatis tamen praescriptis canonum 2168 2175.

Quare ad dubium respondendum censeo: Quoad 1<sup>m</sup> partem stetur decisioni: S. Congr. in *Aquilana*, 17 iun. 1594; quoad 2<sup>m</sup> partem: statim a completo tertio mense absentiae, servato tamen procedendi modo praescripto in cc. 2168 2175.

*Quintum* tantum est dubium, num illegitime absens teneatur fructus restituere *ante* sententiam declaratoriam quoque; et an capitularia statuta praescribere possint cum approbatione Ordinarii fructus tradendos esse fabricae ecclesiae in toto vel in parte.

Quod ad primam partem puto, saltem secundum



disciplinam Codicis, respondendum esse *affirmative*. Ratio est praescriptum canonis 2232, § 1, ex quo poena latae sententiae, qualis est ista, reum delicti consocium statim tenet in utroque foro, et ad hoc non est necessaria sententia declaratoria, nisi in casu, quo reus poenam subire non posset sine infamia. Quae exceptio in casu nostro locum habere non potest, quum de re publica et manifesta agatur. Dixi: saltem secundum disciplinam Codicis. Nam antiquo iure quaedam discrepantia inter Doctores. Nonnulli enim ad applicationem poenae semper necessariam dixerunt sententiam saltem declaratoriam. Hos sequitur D' Annibale (I, 309), qui dicit: "Poenae positivae non tenent ante sententiam iudicis, etsi in lege cautum sit ut incurrantur ipso facto, ipso iure, immo etiam nulla declaratione praemissa." At etiam in antiquo iure praeferenda fuit sententia contraria, quae a Suarez communis dicebatur, et secundum quam non requirebatur sententia declaratoria (quando tamen verba legis essent perspicua) etiam quando agebatur de legibus praecipientibus actiones afflictivas corporis, quamvis, ut advertit Suarez (*De leg.*, c. 7, n. 6): "Ordinarie non solent cogi homines per solas leges ad huiusmodi actiones, licet non repugnet obligari... et harum legum exempla non habemus in iure civili vel canonico"; multo autem magis in legibus imponentibus pecuniarias poenas, in quibus, ait idem Suarez (loc. cit., n. 7), "facilius potest haec obligatio imponi, quia ex genere suo leviores sunt et sine dedecore vel infamia impleri possunt." Quam sententiam, ut patet ex dictis, Codex noster recepit. Quare quum in can. 2381, § 1 dicatur: "Eo ipso privatur omnibus fructibus," etc., nulla expectanda erit in casu sententia declaratoria.

Quod ad secundam partem advertendum est Codicem statuere in citato canone illegitime absentem fructus, quos restituere debet, tradere debere Ordinario, "qui ecclesiae vel alicui pio loco vel pauperibus distribuatur." Potest igitur Ordinarius, si vult, eos applicare fabricae ecclesiae, sed liber est eos aliter etiam distribuere intra limites a Codice eius electioni assignatos. Porro non video qua ratione et quo iure haec electionis libertas ab Ordinario auferre possint statuta capitularia, etsi approbentur ab Ordinario, qui hoc modo restringeret potestatem suorum succes-

sorum. Quare ad hanc partem respondendum censeo *negative*.

RESOLUTIO.—Die 10 iulii 1920, propositis, in plenariis S. Congregationis Concilii comitiis, in Palatio Apostolico Vaticano habitis, infrascriptis dubiis nimirum:

I. *Utrum sustineri, vel tolerari, possit centenaria et immemorabilis hispanica consuetudo lucrandi fructus praebendae quotidianos, etiamsi una tantum vel duabus horis canonicis praebendatus choro assistat in die naturali vel liturgico.*

II. *Utrum Codicis canon 2381 urgeat etiam in casu non residentiae, non graviter culpabilis, vel materialiter tantum, non formaliter, culpabilis ac notoriae.*

III. *Utrum, post vigentem canonem 2381, Beneficiarius vel Canonicus illegitime absens retinere possit fructus respondentes privatae recitationi Officii divini.*

IV. *Utrum, ex fructibus praebendae adhuc possessae, salvanda sit et a possessore (licet illegitime absente) retinenda portio quaedam ab Ordinario designata et ad ipsius praebendati sustentationem sufficiens.*

V. *Utrum, attentis Fabricarum indigentis, possint statuta capitularia cum Ordinarii approbatione statuere fructus amissos esse Fabricae ecclesiae tradendos in toto vel in parte.*

VI. *Utrum absentiae tempus sit per dies an per horas canonicas supputandum, et quoties dies illegitimae absentiae requirantur ut quis irresidens censeatur, ac contra eum procedi possit ad normam can. 2168-2175.*

VII. *Utrum illegitime absens teneatur fructus restituere ante sententiam declaratoriam.*

Emi Patres respondendum censuere:

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Affirmative, dummodo ne concurrant causae excusantes iuxta can. 420, 421, vel Pontificium indultum.*

Ad III. *Negative.*

Ad IV. *Negative.*

Ad V. *Standum dispositioni can. 1475, § 2 et 2381.*

Ad VI. *Esse supputandum per dies integras et tem-*

pus illegitimae absentiae computari statim a tempore transacto trium mensium, seu alio, legitimae vacationis.

Ad VII. *Affirmative.*

Facta autem de praemissis SSmo Dño Nostro Benedicto Divina Providentia PP. XV relatione, per infrascriptum S. C. Secretarium, in Audientia diei subsequenti, Sanctitas Sua datas resolutiones in omnibus approbare et confirmare benigne dignata est.

I. MORI, *Secretarius.*

---

**EMMO. CARDENAL GUIASOLA.**  
**EXCMO. SR. OBISPO DE SANTANDER.**

---

Confortado con los Santos Sacramentos, entregó su alma a Dios el día 2 de Septiembre, el Eminentísimo y Rvdmo. Sr. D. Victoriano Guisasola y Menéndez, Arzobispo de Toledo y Primado de España, infatigable defensor de los derechos de la Iglesia y del clero, y director sapientísimo de la Acción social católica, empresas a las que dedicó todas las energías de su noble y vigoroso carácter.

También ha fallecido santamente el día 19, el Excelentísimo e Ilmo. Sr. D. Vicente Santiago Sánchez de Castro, Obispo de Santander. Varón verdaderamente apostólico, de gran austeridad, constante práctica de todas las virtudes cristianas y de extraordinarias dotes de entendimiento, que durante 36 años puso al servicio de su misión altísima en la ciudad y diócesis montañesas.

Al comunicar tan tristes nuevas a los sacerdotes y fieles de esta diócesis, les pedimos una plegaria por el eterno descanso de las benditas almas de tan insignes y virtuosos Prelados.

---

## LA FIESTA DE LA RAZA

Fué iniciativa venturosa, es ya práctica arraigada y extendida, la que nos une para recordación y celebración anual del descubrimiento de América, en fiesta que inspira el amor a la raza, y que, procurando darle satisfacción, suscita nuevas relaciones y torna más estrechos los vínculos de amor entre los pueblos de la gran comunidad que tiene, por su rango, lugar de verdadera primacía en la Historia.

Responde nuestra Sociedad a esta significación y al nombre que lleva, cuando, con medios y recursos escasos, interpreta y aviva el natural y espontáneo sentir de las gentes que allá en el Centro y Sur de América, como acá, en la Península, enalteciendo la idea Ibero-Americana, rememoran el origen común. En él está para todos lo primero, lo más íntimo, lo más definidor del carácter; unidad de raza que se mostró fecunda dando nueva vida, vida propia, a tantos seres colectivos que, afirmando su existencia libre, independiente, comprenden en cuánto grado son deudores al originario pensamiento; una, como la idea, la expresión del lenguaje, de riquísimas manifestaciones, que tanto ha honrado y servido, que tanto habrá de honrar y servir a la civilización universal.

Los quebrantos y mermas que la civilización sufre las consecuencias de la conmoción general, honda y extensa, nos alcanzan en grado menor que a otros pueblos. Porque a los hispano-americanos tocó la mejor parte, se nos imponen ahora y para lo futuro, obligaciones que son colectivas, que sólo cumpliremos procurando inteligencia mayor, correspondiéndose las voluntades, llegando a una íntima comunicación espiritual. Es la obra de todos; sin esa constante propulsión y colaboración social, no podrán cumplir su misión los Poderes públicos en el modo principalísimo que a ellos toca.

No concebimos la Fiesta de la Raza como mero so-laz de los espíritus, aunque por tal valga, en su elevación, cuando les invita, periódicamente a renovar promesas y decisiones, que aseguren el común esfuerzo, la general participación en vida de trabajo; modo úni-

co de que halle mayores desenvolvimientos la raza, mostrándose digna de sí propia, de su pasado glorioso, la que tanto ensanchó los mundos, la que hizo más todavía cristianizándolos, la que así está obligada a proseguir la historia, recogiendo frutos que correspondan a semejantes promesas.

En estas horas críticas no hemos de hacer alto en el camino sino el momento indispensable para que la contemplación de lo retrospectivo nos conforte y estimule; reconocidos en justicia, y por los más autorizados, aquellos extraordinarios merecimientos, antes contradichos, con que honraron y benefician a la humanidad los pueblos hispano-americanos. Desconocer tales bienes, fué malquerer de la voluntad ajena, lo fué también de la torpeza propia, pues durante mucho tiempo, olvidamos los deberes recíprocos, y, por consecuencia, lejos de adelantar y perfeccionarse la mútua relación, se suscitaron daños, no extintos aún, que perdurarán si no se ahogan los gérmenes viciosos, si no se cortan las divisiones, si no se atajan las competencias entre los pueblos americanos, de la gran familia hispana. Es primordial deber nuestro, sintiendo y preconizando en España el interés de los pueblos de América, propugnar por cuanto signifique pacificación, cooperando a los arbitrios que la proporcionen, realizando aspiración de tratadistas americanos, eminentes en la definición y exposición del derecho internacional. ¡Cuánto pueden significar esos individuales empeños, transmitidos a las asociaciones que los propaguen formando estado general de opinión, conciencia colectiva!

Cuando los amores patrios se suman y elevan, depurándose en el amor a la raza, la representación y celebración de las glorias pasadas, ha de contar sobre todo como preparación de glorias nuevas. Tal es el sentir de que la "Unión Ibero-Americana", recibe constantes muestras; albricias confortadoras del ánimo, que le muevan a procurar con afán mayor el cumplimiento de sus nobilísimos fines; ellos se simbolizan y representan en la fiesta internacional del 12 de Octubre, aniversario y conmemoración del descubrimiento de América.

A través de la distancia y del tiempo, el pensar y sentir común, expresado en común lenguaje, une a los

habitadores del nuevo continente y a los del viejo solar. ¡Que Dios fecunde los designios de ventura en que abundamos, para que por su virtud y con nuevos motivos, haya sucesivamente de celebrarse la Fiesta de la Raza, como verdadera fiesta de la humanidad!

Reiteramos en este llamamiento los argumentos, las mociones, muy autorizadas, del que durante muchos años fué Presidente dignísimo de la "Unión Ibero-Americana", Excmo. Sr. D. Faustino Rodríguez San Pedro.—El Presidente, *Marqués de Figueroa*.

## LOS HUERTOS O JARDINES DE LOS CONVENTOS

NO ESTAN SUJETOS AL ARBITRIO MUNICIPAL DE SOLARES

(Resumen de sentencia del Tribunal Contencioso-Administrativo de Zaragoza)

### *I.—Principales hechos.*

El Ayuntamiento de Zaragoza, en sesión ordinaria de 2 de Noviembre de 1917, acordó incluir en el *padrón de solares*, las huertas o jardines de tres Comunidades religiosas: Dominicas de Santa Inés, Carmelitas descalzas de Santa Teresa y Carmelitas calzadas de la Encarnación, obligándolas, por tanto, al pago del arbitrio municipal sobre solares.

Las referidas Comunidades solicitaron del Sr. Alcalde la exención de ese arbitrio y que ordenase la devolución de la cantidad cobrada por el Ayuntamiento a la Comunidad de Santa Inés en concepto de tal arbitrio de un solar edificable, cantidad que satisfizo equivocadamente esta Comunidad (las otras dos se negaron al pago) por confundirlo con otro impuesto municipal según ella declara y consta en un resultando de la Sentencia.

El Ayuntamiento se negó a conceder la petición que se le hacía por considerarla *extemporánea*, pues había vencido el plazo improrrogable de 15 días para entablar las reclamaciones concernientes al caso. Es de advertir que las referidas Comunidades no tuvieron noticia de la inclusión de sus huertas o jardines en el *padrón de solares*, hasta que se les presentaron al cobro los recibos. Es también de notar que la inclu-

sión se hizo en Marzo, los recibos se formalizaron en Junio y se presentaron al cobro a mediados de Octubre, y entonces fué cuando se presentó al Ayuntamiento la correspondiente reclamación, que como hemos dicho, fué denegada por *extemporánea*.

Se interpuso recurso de alzada ante el Delegado de Hacienda, que lo desestimó, fundándose también en la *extemporaneidad* del mismo y dictando, por tanto, una resolución confirmatoria del acuerdo del Ayuntamiento.

Interpusieron recurso contencioso ante el tribunal provincial, el cual en los considerandos de su sentencia consigna la doctrina jurídica que sigue:

## II.—Fundamentos de Derecho.

1.º No se puede intentar vía contencioso-administrativa en los aumentos sobre cobranzas de contribuciones y demás rentas públicas o créditos definitivamente liquidados en favor de la Hacienda, en los casos en que ésta proceda con arreglo a las leyes, mientras no se realice el pago en las cajas del Tesoro (Art. 6 de la Ley de lo Contencioso).

2.º Los jardines anejos a viviendas no tendrán la consideración de solares. El producto íntegro de los jardines anejos a las viviendas se estimarán conjuntamente y por los mismos métodos que el de los edificios respectivos (R. D. de 5 de Enero de 1911).

3.º El avance del padrón de solares del año 1917 formado en el Ayuntamiento de Zaragoza, debió exponerse al público, haciéndolo saber por los medios acostumbrados y además por anuncio publicado en el *Boletín Oficial* de la provincia y en la *Gaceta de Madrid*, por tener esta población más de cien mil habitantes (art. 40 del Reglamento de 29 de Junio de 1911 para la ejecución de la Ley del 12 del mismo mes); y si bien consta en el expediente, que se publicó el anuncio en el *Boletín Oficial*, no resulta probado que se publicara tal anuncio en la *Gaceta de Madrid* ni que se hiciera saber a los interesados por los medios de costumbre y por lo mismo *no puede admitirse que la reclamación formulada por los demandantes ante el Alcalde Presidente del Ayuntamiento de Zaragoza fuera "extemporánea"*, ya que es principio general en toda clase de procedimientos que las resolucio-

nes que no se notifican en forma legal, no adquieren el carácter de firmes si los interesados no las consienten.

### III.— Sentencia.

Revocamos el acuerdo del Delegado de Hacienda de esta Provincia de 11 de Septiembre de 1918, confirmatorio de lo acordado por el Ayuntamiento de Zaragoza en 2. de Noviembre de 1917 y declaramos que las huertas o jardines anejos a los Conventos ocupados en esta Ciudad por las Religiosas "Dominicas de Santa Inés," "Carmelitas Descalzas de Santa Teresa de Jesús," y "Carmelitas Calzadas de la Encarnación," no son solares edificables y por consiguiente deben ser eliminados del padrón correspondiente formado por el Ayuntamiento de Zaragoza para el cobro del arbitrio municipal sobre solares edificables, debiendo también dicha corporación devolver a las demandantes cuantas cantidades percibieron por el aludido arbitrio correspondiente al año 1917.

Zaragoza, a 19 de Diciembre de 1919.

---

## LAS CARGAS ESPIRITUALES NO PRESCRIBEN

### RESUMEN

*Principales hechos:* Don Luis Manuel Pérez Arroyo dispuso en su testamento, otorgado hace ya tiempo, que se construyese, a expensas de sus cuantiosos bienes, una ermita en el molino de aceite, que de su propiedad tenía en la hacienda de las Torrecillas, enclavada en el término de Puente Genil. Era expresa voluntad del testador, que, en esta ermita, se rezase una misa cada domingo y día festivo, y que una vez al año se cantase una misa solemne, aplicándolas todas en sufragio por el eterno descanso de su alma, sin que jamás faltase por ningún motivo.

En este mismo testamento, bajo el cual falleció, instituyó heredera universal a su sobrina doña María Teresa Guerrero, la cual mandó construir la ermita en el molino de las Torrecillas, y se obligó a satisfacer tanto los estipendios de las misas, como las reparacio-



nes del oratorio y objetos del culto que fuesen necesarias; y a este fin gravó con esta obligación algunos de los bienes heredados.

Señalóse como estipendio la suma de cinco pesetas cada misa, y para gastos de reparación la cantidad de 335 pesetas anuales; para responder a esta carga se fijó un capital de pesetas 25.000

Algún tiempo después, doña N. N., entró en posesión de la hacienda de las Torrecillas, que le fué adjudicada sólo por valor de 8.687 pesetas; porque, aunque estaba estimada en 35.687, hubo que descontar de esta suma un capital de 25.000 pesetas para responder a las cargas impuestas por la fundación.

La nombrada doña N. N. no cumplió, sin embargo, ni una sola vez estas obligaciones, por lo que el Excelentísimo Sr. Obispo de Córdoba la demandó judicialmente el 14 de Agosto de 1912, exigiéndole la cantidad de 16.388'25 pesetas por incumplimiento durante 48 años y cuatro meses más el interés legal del 5 por 100 anual.

*Principales fundamentos de derecho:* La fundación instituída por don Luis Pérez de Arroyo, tiene el carácter de una Memoria de misas. La carga que pesa sobre la hacienda de las Torrecillas, es de carácter *espiritual*, porque tal es el fin de la fundación, que, en su día, fué expresamente aceptada por la legítima autoridad eclesiástica. Se trata, por tanto, de una fundación eclesiástica que debe estar regulada por la legislación concordada.

Es cierto que no se ha reclamado, en un espacio de tiempo superior a 40 años, el cumplimiento de esta obligación: *mas no por eso ha prescripto esta Memoria de misas: primero*, porque los bienes de que se trata son espirituales y están, por tanto, fuera del comercio de los hombres y del alcance de la prescripción, regulada por el art. 1936 del Código civil; *segundo*, porque siendo la presente una carga eclesiástica (puesto que se verifican en ella todos los requisitos señalados en el art. 5.º de la Instrucción concordada de 25 de Junio de 1867) es obvio que la legislación aplicable es la concordada, como se reconoce en los artículos 38, párrafo 2.º, y 1917 del Código civil; ahora bien, el art. 7.º del Convenio-Ley de 24 de Junio de 1867 establece que los poseedores de bienes gravados con

cargas eclesiásticas deberán satisfacer las obligaciones vencidas y no cumplidas por culpa de ellos mismos; y el art. 9.º de la misma disposición determina que los Prelados tienen la facultad de señalar la cantidad que, en concepto de obligaciones vencidas y no cumplidas, deban satisfacer los interesados: en donde claramente sienta la doctrina de que son imprescriptibles las cartas piadosas, cuyo cumplimiento será siempre exigible; y *tercero*, porque para que una cosa prescriba es preciso que el poseedor la retenga en concepto de dueño; pero la señora doña N. N. sabía perfectamente desde 1862 que la hacienda de las Torrecillas estaba gravada con la obligación de que se trata, ya que se le adjudicó en una pequeñísima cantidad por haberse descontado de su valor absoluto el capital que había de responder al levantamiento de cargas.

Y no sólo es imprescriptible esta Memoria sino que tampoco han prescrito los estipendios de las Misas no cumplidas, como claramente se deduce de las razones antes expuestas; el art. 1966, alegado por la parte demandada, no tiene aplicación al caso presente, entre otras razones, porque sólo se refiere a obligaciones que deban pagarse por años o en otros plazos más breves, y no así las obligaciones de las Memorias de Misas.

*Fallo:* En consecuencia, el Juez de primera instancia de Aguilar de la Frontera, don Eduardo Iglesias Portal, por sentencia de 3 de Mayo de 1913, condenó a la señora doña N. N. al pago de la cantidad líquida de 16338,25 pesetas en concepto de atrasos no satisfechos, con más el interés anual del 5 por 100, a contar desde la fecha del emplazamiento para contestar a la demanda.

*Nota.* Contra la anterior sentencia se interpuso apelación ante la Audiencia Territorial de Sevilla; pero antes de la vista, doña N. N. desistió de su intento y recurrió al ilustrísimo señor Obispo de la Diócesis solicitando efectuar la redención de la Memoria y de los atrasos que judicialmente se le habían reclamado; asimismo solicitó remisión de parte de éstos por benignidad apostólica, y habiéndose accedido a ello, se verificó en la Delegación General de Capellanías la solicitada redención.

## HERMANDAD DE SUFRAGIOS ESPIRITUALES

---

Ha ingresado don José Cuesta Dutari, que recibió el sagrado orden del Presbiterado el 18 de Septiembre último.

---

## NECROLOGIA

---

Ha fallecido en esta diócesis, don Francisco Pérez Hernández, párroco jubilado de Ventosa del Río Almar.—R. I. P. A.

---

## ANUARIO ECLESIASTICO 1920

---

### SUMARIO

#### ROMA

*Las estancias pontificias en la Edad Moderna*, por el Rdo D. José P. Sans.—Reseña artística, profusamente ilustrada, de los palacios del Papa, especialmente del Vaticano.

#### Estadística de Roma

*Sacro Colegio Cardenalicio*.—Cardenales que lo componen, precedencia, títulos. — Cardenales fallecidos durante el pontificado de Su Santidad Benedicto XV, f. r.—Sacro Colegio Cardenalicio por orden alfabético. — Año de creación y nacimiento, nacionalidad y direcciones de los eminentísimos Cardenales.—Estado actual del Sacro Colegio.

Sagradas Congregaciones.—Tribunales.—Oficios.—Comisiones permanentes.—Protonotarios Apostólicos.—Dignidades palatinas.—Títulos nobiliarios.—Ordenes pontificias.

Centros docentes eclesiásticos existentes en Roma.

*El Pontificio Colegio Español de San José de Roma*, por el Rdo. don Carmelo Blay.

#### ESPAÑA

*Las iglesias de Toledo*.—Reseña histórico-artística de los templos de la Imperial Ciudad, por D. Luis G. Manegat. Profusamente ilustrada.

*Estadística eclesiástica española*.—División eclesiástica.—Nunciatura y Supremo Tribunal de la Rota.—Diócesis españolas — Denominación latina.—Arzobispado a que pertenecen.—Patronos. Extensión. Número de almas. — División y estadística. — Enclavación de las dióce-

sis y límites eclesiásticos. — Prelados. — Escudos episcopales. — Personal oficial eclesiástico: Secretaría, Curia, Cabildo, etc. Sellos capitulares. — Obispos españoles residentes fuera de España. — Prelados españoles. — Orden de consagración, año de nacimiento, diócesis, año de posesión y divisa. — Obispos dimisionarios residentes en España. — Prelados españoles residentes en misiones extranjeras. — Títulos jerárquicos de la Iglesia española. — Elenco numerativo general de las diócesis de España. — Gráfico de extensión de las diócesis españolas. — Distinciones a nuestros Prelados en España. — Obituario pontifical.

Ordenes religiosas en España.

*Las misiones católicas españolas.* Estado actual según las más recientes estadísticas, por el Rdo. P. Luis Bisbal, M. S. O.

*Estadística civil de España.* — Recopilación de cuantos datos de interés hacen referencia a la situación, gobierno y división de España en todos los órdenes de su actividad política, administrativa, eclesiástica y del trabajo y producción, por D. Juan Flaquer.

#### AMÉRICA LATINA

Nuncios. — Internuncios, Delegados Apostólicos y Enviados. Extraordinarios de la Santa Sede. — Diócesis, Vicariatos Apostólicos, Prefecturas, Abadías y Prelaturas.

#### CULTURA ECLESIASTICA

*Formulario eclesiástico*, por el Rdo. Dr. D. Antonino Tenas. — La sección que este año tiene excepcional importancia, y que dará al Anuario de 1920 una utilidad perpetua, y hará su uso cotidiano obligado en todos los despachos parroquiales y oficinas eclesiásticas y aun en la mesa de estudio particular de todos los sacerdotes, es el *Formulario eclesiástico*, colección completísima de oficios, solicitudes, peticiones, informes, inscripciones de partidas, certificaciones, etc., para todas las circunstancias en que puede hallarse el sacerdote, así en su vida privada como en sus diversos ministerios, precedidos de indicaciones prácticas, acerca de su recto empleo, que equivalen en conjunto o un compendio de procedimientos eclesiásticos; todo conforme a las prescripciones del nuevo Código Canónico.

*Las Epístolas de las Dominicas del año eclesiástico* (desde Pentecostés al Adviento), por el P. Jaime Pons, S. J.

*Efemérides del año*, por Ricardo Montesinos.

*Resumen canónico y civil de 1919*, por el P. Antonio de P. Díaz, C. M. F.

*Condiciones materiales.* — Un abultado tomo en 4.º, profusamente ilustrado, 7 pesetas. Los señores sacerdotes suscriptores de este Boletín pueden obtenerlo por 5 pesetas. Gastos de envío, 0,50.

---

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, a cargo de Manuel P. Criado.